Quia ipse Gnosus Sigismundus Zabawski fratri suo germano, et ipsius successoribus, summam Quatuor Millium florenorum Polon. monetae et numeri in Regno currentis, quemlibet videlicet grossis triginta Polon. computando florenum, certi, veri, iusti, liquidique debiti, ac mutuatae pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem Quatuor Millium florenorum Polon. summam is idem recognoscens, se ac suos successores, in et super bonis suis quibusvis omnibus, ac summis pecuniarum quibusvis, inscribit et obligat praesentibus, eidem Gnoso fratri et creditori suo ipsiusque posteris hinc et ab actu praesenti per festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proximo et immediate venturo, dare, solvere, et coram Officio Actisque praesentibus realiter et in effectu reponere, et relinquere, repositamque et relictam easdem ab eodem Officio non effidendere, nec arrestare, aut modo quovis alio impugnare: sub vadio similis alterius summae, alterum videlicet Quatuor Millium pecuniae Polon. florenorum, per eundem recognoscentem illiusque posteros, eidem Creditori suo, ac ipsius posteris, ob summam capitalem praedictam pro tempore et loco praescriptis non solutionem ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio, ut praefertur succumbit, ac pro summa principali non soluta solvenda, citatusque existens, praenominatus recognoscens Generosus Mathias de Zabawa Zabawski aut eius successores, ad instantiam praefati Generosi Sigismundi Zabawski fratris germani ac creditoris sui, ipsiusque successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recessu super scripto quoad respondendum et inscriptioni in toto satisfaciendum facta mediante se

in primo

in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, nisi parere, respondere, vadium placitum luere, rei praedictae satisfacere, decretum iudicatum pati debebit ac tenebitur, seseque ac suos successores ad eadem omnia obligat: eum ipsum terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eius causae terminos semper peremptorios, vera infirmitate, vi maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimentaque evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo: ad quietationem ultra primos Castrenses Capitaneales huiusce Premisliensis Castrensis Officii terminos dilationem sibi non recipiendo; nullasque Motiones, appellationes ac earum praesentationes faciendo: Remissasque omnia praemissis simplicibus vel triplicatis, Exceptionibus, Suspensionibus, Fatalis Iuris, praescriptione terrestri, bello, conventionemque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa eadem mediante.

Zabawski et Krolewski roborant Intercisam.

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Mathias de Zabawa Zabawski ab una, et Hieronimus de Krolewice Krolewski ab altera partibus. Sani mentibus et corporibus existentes, a terris, districtibus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, huic autem Castrensi Capitaneali Premisliensi Officii iurisdictioni se ac successores ac bona sua quaevis omnibus, quo:

ad alteram partem attinet, totaliter et plenarie incorporando atque
subiiciendo, palam liberè a se expressam recognoverunt, et qui-
libet eorum suo sigillatim ex interesse recognovit. Quia
ipsi se ac suos successores de et super bonis suis quibusvis
ac summis quibusvis pecuniarum habitis et habendis sibi
mutuo et ad invicem, et posteris utriusque eorum, inscribunt et
obligant praesentibus Intercisam certam inter se recognoscere
record[illegible] quamvis rerum et conditionum ibidem expressarum
de actu et data hic Premisliae die hora confectam ma-
nibus utriusque sui recognoscentium propriis subscriptam et sigillis
communitam, in omnibus et singulis illius conditionibus, tam
in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit, tenere,
complere, exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et
singulis eiusdem Intercisae contentis toties quoties opus fuerit
satisfacere: Intercisam praedictam ad instantiam partis et insti-
gatorem partem ad praedictam intercisam in toto [illegible] referen-
do, [illegible] sub vadio Millium et trecentorum florenorum pecuniae
Polonicae vadio, per partem recognoscentium alterutram, illiusque
successores, ob non completionem intercisae praefatae contentorum, in toto
ac in parte, toties quoties opus fuerit, parti alteri ac ipsius suc-
cessoribus, ad solvendum succumbendo. In quo quidem vadio
ut praefertur succumbit una cum re ipsa perdi, quousque tandem
eiusdem intercisae contentorum, non completa complendo, complereque
praemissis citata [illegible] pars recognoscentium altera praemissa non te-
nens, aut illius successores, ad instantiam parti alterius praemissa te-

nendi

tenendi, aut illius successori, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premi-
sliensi, ex tunc recessu supra scripto, quoad respondendum, et iisdem
praesenti satisfaciendum spectat mediante; semper in primo cita-
tionis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, vadium sta-
tim luere, reique nihilominus principali in toto satisfacere: vel
iudicatum pati debebit ac tenebitur; seseque ac suos successores
ad eadem omnia obligat: cum ipsum terminum primum peremptorium
et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos semper perempto-
rios vera infirmitate, per maiori, minoreve etate successorum,
legatione intra vel extra Regni, servitio militari ad manien-
tia, ad tribunal, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impe-
dimentis non differendo: ad quietationem ultra proximos eiusdem
Officii terminos dilationem sibi non recipiendo: nullasque Mo-
tiones, appellationes, ac earum praescriptiones faciendo. praemissaque
omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus,
Tutelis Iuris, praescriptione Terrestri, bellis, conventionesque ac
aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo.
Hac sua utriusque praesenti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quarta post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quinto

18/IV 1365